(o)

Vita

JOHANNIS OWENI.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

IOhannes Audœnus, vulgò Ovven, natus in villâ Armon, in Comitatu Cærnarvaſienſi bonarum literarum elementa, auſpiciis Doctoris Bilſon, [illegible] memorati, in Scholâ Wintonienſi hauſit, Collegii verò hujus ſocius emicuit anno ciɔ D LXXXIV. eundemque exuit anno XCI, quo tempore LL. Baccalaureatu ornatus comparuit, & Ludo deinceps literario, Trylegiæ haud procul ab urbe Monumethenſi, præfuiſſe perhibetur. Virum hunc ingenii eximii dotibus inſtruxerat natura; Arte verò Poëticâ inter coævos præſertim excelluit.

Ad Doctiſſimum

GOTHOFREDUM VVE-GENERUM

Philoſophiæ Magiſtrum,

JOANNIS OWENI EPIGRAMMATA Cum duobus Indicibus edentem.

CUr MATRIALEM publicas Britanni-
cum,
Politioris Elegantiæ Fabrum
Sublimioris Helluo Scientiæ?
Ad hanc quid illa? Flos ad Hortum debilis,
[illegible] Gratiamque decutit
[illegible] docti ſæculi Potentia.
[illegible] ſeveras Diſciplinas Arbiter
Doces amœnis condiendas Literis?
An fortè, ſi quis litiget Te Iudice,
Majus Poetæ, quam Philoſophi nomen eſt?
Poëta nullus ſæpe Philoſophus bonus:
Bonus Poëta Philoſophus ſemper bonus.
Et, quem Philologus adjicis OWENO Tuo,
Index OWENI potius an TUI bonus?
OWENIANI mille Fontes Carminis,
Tui Laboris mille Rivos indicat.

MARTINUS HANKIUS,
Vratisl. in Gymn. Eliſæ, Phil.
Ang. *Pract. Hiſt. & Eloq. Profeſſ.*

Ad

Ad Lectorem.

1 CLericus es; legito hæc, Laicus? legito iſta libenter,
Crede mihi, invenies hic quod uterque voles,
D. Du. Tr. Med.

2 *Ad D. Ioannem Audoënum de libro.*

Quo minus edatur, nihil impedit, aut ego carmen
Non ſapio, aut ætas, ſi ſapit, iſta leget.
Ingenii tu rere tui tantum eſſe periclum;
Iudicii tamen eſt alea jacta mei.
Ioann. Hoskins, I. Conſultus.

3 *Ad Io. Audoënum, de tribus Epigrammatum libellis.*

Quicquid habent Veneres Venerum, Charitesque leporum,
Quicquid Muſa joci, quicquid Apollo ſalis;
Quodcunque eſt Sophiæ, quodcunque eſt artis ubique,
Ingenii aut Genii quicquid ubique viget;
Omne id, Oëne, tuis rear in ſediſſe libellis.
Hæc quando nobis lemmata dia dabas,
Ioann. Bonvvman. Theol.

4 *Ad Io. Audoenum.*

Quale, rogas, nobis Odoëne Epigramma probetur?
Dicam; Quale tuum parturit ingenium.
Quod breve, quod caſtum, doctum, celere atque politum,
Quodque habeat multos, & ſine dente, ſales.

MONOSTICHA

quædam

ETHICA POLITICA

veterum Sapientum.

INDEX GEMINUS
SUPER
OVVENUM,
QUORUM
PRIOR OMNIUM
LEMMATUM ET INSCRIPTIONUM;
POSTERIOR VERO
RERUM ET LOCORUM COMMUNIUM:

JAM ANTE PLURES ANNOS CONFECTUS STUDIO SUBCISIVO

G. W. O. S.

VRATISLAVIÆ,
Apud JOH. ADAM. KNOCHI.
M.DC.XCIV.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

EXERCITIA
PIETATIS
ET
MEMORIÆ.

Anno M. DC. XCIV.